


Hermann Schuckmann Christianus Schmid

## **Collegii Theologici Disputatio Decimaquarta De Ecclesia Etimnisterio Ecclesiastico**

Rostochi[i]: Kilius, 1649

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738370622>

Druck Freier  Zugang



R. u. Nord 1049.

Schückmann, Hermann <sup>1/2</sup>

Vent. Schmid, Christian

XIV



COLLEGII THEOLOGICI  
DISPUTATIO DECIMAQUARTA

DE

ECCLESIA ET IMNISTE-  
RIO ECCLESIASTICO.

*Quam*

ADJUVANTE GRATIA  
SPIRITUS CHRISTI,

Cum suffragio Amplissimæ Faculta-  
tis Theologicæ in incluta Universitate  
Rostochiensis,

P R Æ S I D E  
V I R O

*Admodum Reverendo, Clarissimo atq; Excellentissimo,*

DN. HERMANNO SCHUCK-  
MANNŌ, SS. Theol. Doctore & Professore  
Publico Celeberrimo, Præceptore & Promotore,  
suo omni honoris cultu prosequendo,

*Publicè in Auditorio Majori die 5. Maij  
interrogantium examini submittit*

CHRISTIANUS SCHMIDT  
Damô-Pomeranus.

✠(o)✠



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Ac. Typ. Anno 1649.

COLLEGIUM THEOLOGICUM  
INSTITUTIO PRO DOMINA QUARTA  
DE  
PUGILIA ETIMINISTE  
PRO ECCLESIA

AD QUANTUM GRATIA  
SITUS CHRISTI

DE THEOLOGIA ANTIQVA  
ET HISTORIA SACRA  
P. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

IN THEATRO NO. 21. HUCK.  
PUBLISHED BY THE  
UNIVERSITY OF ROSTOCK  
1710



THE NATIONAL LIBRARY OF ROSTOCK



**N**on staret mundus, si non *Ecclesia* staret,  
Hanc ubi sustuleris, terra cadaver erit.  
Sed nec deficiet Sacri Communionis cœtus  
Voce *Ministrorum* dum vocat ipse DEUS,

*In gratiam Dn. Respondentis  
cum voto dab.*

PRÆSES,

---

**E**xpurgat Solymâ Salvator in urbe Sacratum,  
Templum, & commotâ voce reformat idem.  
Haud aliter Spartam magnis conatibus ornans,  
FABRICI, expugnas fortiter, ecce, malum.  
Constituâ fabricam monstruosam tollere Papa,  
Dum puram statuis, detrahâs omne nefas.  
Lucebis quondam *Mystes* venerabilis ara,  
Stella instar, Superi & pars Sacrosancta chori.

Præstantissimo Dn. Fabricio Civi &  
Amico suo de Ecclesia disputanti

L. M. Q.

S.

M. Michael Watsonius.

Chri-

**C**hristigenis Pater est Deus: est Ecclesia mater,  
Scilicet ipsius fabrica vera DEI:  
Doctorum cathedra est nutrix. Hæc nutrit: at illa  
Patre DEO natos suscipit atq; fovet.  
In fabricâ Domini qui vis fabricare FABRICI:  
CHRISTIANUS matrem noscere ritè studes.  
Ubera nutricis sic fugito, lacte puellôs  
Illius matris quò satiare queas.

*Hæc Dn. Resp. Amico ac populari suo  
gratulabundus scripsit*


Petrus Zutherus.

---

**F**elix quem sanctum certans Ecclesia Fabrum,  
Invenit, hunc cernent calica castra Fabrum.  
Es Faber in Fabricâ FABRICI Frater amande,  
Malleolis clypeos cudis & arma geris,  
Arma geris miles, scutoq; furentia tela  
Excipis, argutè stringis in Antilogos.  
Maeste Faber, clypeos eude, ac hic fortis in hostem  
Milite, & in cælis victor amandus eris,

Fraternæ affectionis ergo, sic Dn. con-  
terraneo suo glatulatur

Joachimus Schrubbe/  
Gryphenb. Pom.



DISPUTATIO XIV.  
DE ECCLESIA & MINISTERIO  
ECCLESIASTICO;

THESIS I.



Effectum meriti Christi, semen & corpus eius mysticum, regnum spirituale, custos mediorum salutis, & subjectum, in quo finem consistunt actiones Dei salutiferæ, ECCLESIA est, *Jes. 53. & 54. Eph. 5. 1. Tim. 3. &c. & extra hanc nulla salus, nulla spiritualis vita &c. Appellationes illius præcipue sunt* *קָהָל, קָרָי, ἐκκλησία.* Illa & ista formam potissimum, quæ in societate, congregatione &c. consistit, & quidem ad habendam mutuam communionem, & oportune quid obeundum præstandumve conjunctim, (quæ vis est in primis vocis קָרָי) Hæc principium, videl. vocationem subinfert. Atque ita significatur Coetus est promiscua hominum multitudo ad *κoinωνίαν* fidei à Deo evocatus in tempore, prævi electione, quâ tamen (non minùs quàm vocatione divinâ) homo suâ culpâ indignum se facere, à communionem cum Deo excludere, & sic reprobis fieri potest. Pro exemplo sunt Israelitarum plures *Deut. 7. v. 4, 5. 6. &c. 1. Cor. 10. v. 1, 5.* Judas *Job. 6. v. 70. & alii* (Secus est cum prædestinatione finaliter credentium, de quâ *Disp. 7.*) Usurpantur verò adductæ voces, tum de catholico vel universali regno Christi, v. g. *Pf. 1. v. 5. Pf. 22. v. 26. Matth. 16. v. 18. Eph. 1. v. 22. Col. 1. v. 18. &c.* tum de coetibus restrictis particularibus, e. g. *1. Chron. 28. 8. Num. 15. v. 25, 26. 1. Cor. 1. v. 2. Apoc. 1. 2. 3.* Item *Matth. 18. v. 17.* ubi notandum; quemcunq; coetum, etiam minimum, quolibet loco vel tempore in Christi nomine conjunctum, respectum habere ad universalem & per totum orbem dispersam Ecclesiam, cumq; eadem unum corpus sub uno capite in uno eodemq; spiritu coagmentatum efficere, & hinc communibus ejusdem bonis, excellentiâ ac potestate divinitus concessâ frui. His adde vocem *συναγωγή*, quæ & ipsa in N. T. concionem congregatam ad cultum Deo exhibendum notat, *Jac. 2. v. 2. Ebr. 10. 25.*

§. 2. AUCTOR Ecclesiæ ratione initii, medii, finis; respectu vocationis, justificationis, glorificationis, adeoq; fundator, gubernator, conservator, unus Deus est; qui ipse sibi eligit populum peculi *Deut. 7. v. 6.* instaurat collapsam domum David, *Amos 9. v. 11. adde Act. 2. 39.* col-

ligit



ligit Ecclesiam ex Judæis & gentibus in N. T. *Rom. 9. v. 24. seqq.* facit; creat, generat vera ejus membra *Pf. 100. v. 3. Jes. 43. v. 15. c. 49. v. 21, 22. conf. 6. 66. v. 8, 9. &c.* Tribuitur autem opus colligendæ perficiendæq; Ecclesie in specie Deo PATRI, ceu adoptanti sibi filios &c. in Christo per Spiritû S. *Eph. 1. &c.* Tribuitur CHRISTO, tum inprimis ratione acquisitionis per redemptionem *Act. 20, 28. Apoc. 5. v. 9, 10. Job. 10. v. 15, conf. Pf. 28. 29, 30, 31, 31. Jes. 53. v. 12. c. 54. &c.* tum ablutionis (purificationis) *Apoc. 1. v. 5, 6. Eph. 5. 25, 26.* foundationis & sustentationis (hic enim unicum fundamentum est, cui insistit totum ædificium spirituale *1. Cor. 3. 11. Act. 4. v. 11, 12.*) tum directionis, gubernationis, influxus, virtutis &c. Hinc appellatur Caput corporis sui *Eph. 1. v. 22, 23.* Pastor, Episcopus (inspector) animatum *Job. 10. v. 11. 1. Pet. 2, 25.* Princeps pacis *Jes. 9.* Dux salutis *Ebr. 2. v. 10.* Rex perpetuus, cui pater ex principio incarnationis, meriti, satisfactionis, peculiariter commisit administrationem regni gratiæ, unâ cum judicio; *Luc. 1. v. 32, 33. Job. 9, 22. 1. Cor. 15. 24. Act. 17. v. 31.* Et in hâc administratione potissimum se exserit, certo ordine, operatio SPIRITUS S. (per quem omne Dei consilium ac propositum ultimò in hominibus absolvitur & perficitur) & quidem corda movendo, inclinando, convincendo, sanctificando, Christum clarificando, carni mundo, Satanz obstitendo, infirmitatibus fidelium succurrendo, eosdem docendo, corroborando, stabiliendo, vivificando *Job. 16. v. 8. seq. c. 14. v. 26. Rom. 8. v. 13, 26. 11. seqq. 1. Job. 2. v. 27. 2. Cor. 3. v. 17, 18. &c.* Usq; adeò ut subtracto spiritu Dei (cujus est unire caput cum membris, vitam cum naturâ mortuis) id quod relinquitur, non nisi pro cadavere sit habendum. His positis notanda veniunt circâ considerationem causæ efficientis *1.* Ipsa Dei opera, quæ referuntur ad duò capita, acquisitionem bonorum cœlestium, eorundemq; applicationem. Illa facta est per unicam, Christi oblationem; hæc sit vocatione, conversione, justificatione, sanctificatione, glorificatione. Quæ omnia suis locis tum antecedd. tum consequ. tractata invenies. *2.* Causa movens, gratia vel dilectio Dei, cum quâ concurret veritas promissionum, de benedicti seminis semine *Gen. 3, 25. c. 22, 18.* Excluditur autem omnis respectus dignitatis vel meriti, quorum nihil fuit in eligendis vocandisq;. *Deut. 7. v. 7, 8. 2. Tim. 1. v. 9.* nam gentem, quam pollutam Deus invenit (quales naturâ omnes sumus) ejusdem misertus & ipse mundare & in sponsam assumere omniq; gloriâ ornare constituit *Ezech. 16. v. 1. seqq. 3.* Media, Verbum & Sacramenta; donec ipse Deus omnia sit in omnibus immediate *Matth. 28. v. 19, 20.*

1. Cor.

I. Cor. 15. v. 28. 4. Virtus ad constituendam Ecclesiam, in gratiâ & gloria, & sic ad novam Creationem (De quâ passim in Prophetis. *vid. Disp. 3. §. 3*) necessaria, non humana est, sed merè divina *Eph. 1. v. 19. Phil. 3. v. 21.*  
 5. Causa instrumentalis, Prophetæ, Apostoli, Ministerium verbi, qui sunt *συνεργοὶ Ἰησοῦ*, in & pro Ecclesiâ, quæ ipsa est *γεωργίον καὶ οἰκοδομὴ αἰνῶν*  
*1. Cor. 3.9. conf. 1. Tim. 3. v. 15.* adde *Eph. 2. v. 19, 20, 21, 22. 2. Petr. 1. v. 16, seqq. 2. Cor. 5. v. 19, 20.* FINIS & EFFECTUS iidem hîc sunt, qui omnium actionum Dei salutarium, & dicunt summam adimplerem propofiti ac beneplaciti divini, in laudem gloriosæ gratiæ ejus, & salutem animarum nostrarum, *vide inter alia Ps. 8. & 19.* Quibus subijcimus temporalem mundi conservationem, quæ fit *קִרְיָא יְצַדִּיק*, exemplum cape ex *Gen. 18.* Rationem sufficit longanimitas Dei, *2. Petr. 3.9.* SUBJECTUM, sunt homines per verbum & sacramenta vocati; peculiariter illi qui vocationi divinæ obtemperant, *Matth. 11. 28. seqq. Jes. 66. v. 1, 2. Job. 14, 23.*

§. 3. FORMA Ecclesiæ vel interna est vel externa. Illa consistit in intimâ unione fidelium cum Christo, membrorum cum capite, in Spiritu per fidem, de quâ actum *Disp. 4. §. 11.* Hæc in convenientiâ externæ professionis doctrinæ veræ de Christo, Et hinc emergit duplex Ecclesiæ consideratio, interior & exterior. Quoad interiorem, constituunt Ecclesiam non nisi ex Deo renati, in Christum credentes, & ductu Spiritus ejus vocatione suâ dignè viventes, *Eph. 4. v. 1. seqq. 6. v. 23, 24. Tit. 2. 14.* uno nomine SANCTI, qui communionem habent tum cum ipso Deo tum inter se, *1. Joh. 1. v. 3. per Spiritum S. qui conjungit spiritum omnium fidelium in Christo per fidem Eph. 4. v. 3, 4. 1. Cor. 5, 3. Philem. v. 16, 17, 25.* Undè fluit participatio vel communicatio tum passionum corporis Christi (myfici) *Phil. 3. v. 10. 1. Pet. 5, 9. Col. 1. v. 24.* tum gratiæ, gloriæ, omniumq; bonorum cœlestium *d. l. v. 12. &c.* adde *Rom. 8.* Nec non communis sanctorum excellentia, auctoritas & potestas, *Matth. 18, 18. 19, 20. 1. Cor. 5. v. 3. seqq. 1. Thes. 4, 8.* Et sic considerata Ecclesia appellatur corpus Domini *Eph. 4. v. 16. 6. s. 30. 6. v. 22. Col. 1. v. 18.* (adde) *1. Cor. 12. v. 12. seqq. Sponsa Christi Apoc. 21, 2. Cant. 4, 9, 10, 12. Ose. 2, 20, 21.* quæ & mater omnium nostra *Gal. 4, 26. Jes. 49, 54.* item *ἀδελφότης 1. Pet. 5, 9. Rom. 8, 29. &c.* & hæc est principium *Φιλαδελφίας, 2. Pet. 1. v. 7.*

§. 4. Ex unione hæc resultat I. *Unitas*, quâ militans Ecclesia (quam potissimum h. l. spectamus) una est. cum Ecclesiâ in cœlis triumphantem *Ebr. 12, 22, 23, 24.* sed cum hoc discrimine, quod hæc hic spe, illuc re obtinentur; quodq; hæc colligitur per media, cumq; peccato & multis infirmitatibus

tatibus colluctatur, illuc immediatè beatur in gloriâ. Unde patet, Ang-  
 los, etsi sunt socii, conservi & custodes nostri, nosq; futuri sumus *ἰσὺν  
 γλῶρι*, propriè tamen membra militantis Ecclesiæ non esse; præsertim  
 cum nec redemptio ad illos pertineat, 2. in seipsâ, ob fundamenta unita-  
 tis maxima, *Eph. 4. v. 3, 4, 5, 6. 66.* Cui non obstat distinctio. 1. tempo-  
 rum, v. g. V. & N. T. una enim & Catholica Ecclesia est, cui promittitur  
 sub veteri fœdere, admiranda amplificatio futura sub novo *Jes. 54. c. 60.*  
*Rom. 9. v. 6, 7. 2.* Locorum, quæ optimè consistit cum unitate Spiritus. 3.  
 personarum: hæc enim non valet in regno Christi *Gal. 3, 28. Act. 10. 34, 35.*  
 II. *Bonitas* sive sanctitas, tum ob justitiam Christi fide imputatam, tum  
 renovationem ad imaginem Dei per spiritum ejus, quæ interna Ecclesiæ  
 pulchritudo est *Psal. 45. v. 12. seqq. Eph. 5. v. 26. Jes. 4. v. 3, 4.* cujus consum-  
 matio in futuro seculo, III. *Veritas*, quâ tria dicuntur. 1. Verè existere,  
 in mundo fideles, ubicunq; locorum vivunt *1. Cor. 1, 2.* Ratio sumitur ab  
 efficacîâ verbi divini *Jes. 55. v. 10, 11.* 2. Durare ejusmodi cœterum usq; ad  
 finem mundi, & nunquam totaliter deficere. Probatur ex perpetuâ præ-  
 sentiâ tum ipsius Christi *Matth. 18, 20. c. 28, 20.* tum verbi & Spiritus ejus,  
*Jes. 59. v. 21.* vi fœderis & promissionum infallibilium. Huc refer loca,  
 de semine Christi innumerabili, continuo (*לרר רר רר*) *Psal. 22. 72. & c.*  
 3. Esse hanc ecclesiam stabilem & inexpugnabilem, ob fundamentum,  
 cui insidet (Christum) *Matth. 16, 18.* & hinc pendentem fidem verbi cu-  
 stodiam, undè vocatur *σὺλ Ⓞ καὶ ἐδρασίωμα τῆς ἀληθείας*, *1. Tim. 3, 15.*

§. 5. Cum firmitate hæc rectè subsistit *invisibilitas*, quâ occulta &  
 incognita dicitur Ecclesia, non coram Deo, qui novit suos *2. Tim. 1, 19.*  
 sed hominibus, & quidem non ratione subjectorum, quæ videntur ut  
 homines, tamen non ut filij Dei, sed resp. fidei, inhabitationis Sp Dei,  
 & sanctitatis internæ. *Luc. 17, v. 21. Rom. 14, 17. & c.* item vitæ & gloriæ cū  
 Christo in Deo absconditæ *Col. 3. v. 3. 1. Job. 3, v. 2.* Hinc patet decisio  
*controversiæ* de visibilitate Ecclesiæ, ubi tenendum 1. visibilem eam di-  
 ci respectu externæ professionis doctrinæ veræ (de quâ paulo post) seu  
 extrinsecæ communionis verbi & sacramentorum, quæ sunt signa visibi-  
 lia. 2. Huic nec sanctos esse eximendos, tamen non omnes sancti  
 sunt (sanctitate internâ, invisibili) qui eadem utuntur. 3. Labi posse ex-  
 ternum consensum, salvo interno. Et hinc 4. visibilitatem non esse de-  
 essentiâ Ecclesiæ. Pro exemplo est tempus Eliæ *1. Reg. 19. v. 17, 18.*

§. 6. Constitutioni & proprietatibus ecclesiæ intrinsecus conside-  
 ratæ, militantis, subjicimus certas ejusdem passiones, actionesq;. Illas  
 commu-

communiter vocamus CRUCEM Christianorum, cujus (I.) necessi-  
 tatem, utilitatem & fructus salutes, commendant loca *Matth. 16, 24.*  
*Act. 14. v. 22. 2. Tim. 3. 12. Ebr. 12. 2. Cor. 4. v. 17, 18. Rom. 5. v. 3. c. 8 v. 17,*  
*18, 29.* ubi imprimis spectanda conformitas fidelium cum imagine Chri-  
 sti, ad quam prædestinati ac vocati sumus: & hinc petendæ consolatio-  
 nes in cruce: adde orationem Christi valedictoriam *Job. 16.* & Psalter-  
 rium Davidis &c. II. Ad Crucem, ut sit *δοκιμασία* seu *παιδεία* paterna,  
 non *πρωσία* vel pœna propriè dicta, ab irato iudice inflictâ, requirun-  
 tur 1. Bona conscientia *1. Pet. 2. v. 19, 20. 1. c. 3. 16, 17. 2. Cor. fide* salvificâ  
 purificatum, & hinc existens, 3. *κοινωνία* vel communio spiritus Christi  
*Rom. 8. v. 14, 15, 17.* Et sic principium crucis piorum est affectus Dei pa-  
 ternus in Christo *Ebr. 12. v. 5, 6. seqq.* III. Afflictiones fidelium vel inter-  
 næ sunt, provenientes ex luctâ carnis & spiritus, ob abnegationem no-  
 stri ipsorum *Matth. 16. v. 24. Rom. 7.* vel externæ, odia, calumnia, persecu-  
 tiones &c. *1. c. 3. 35, 36.* Actiones Ecclesiæ ex virtute Spiritus S. sunt con-  
 fessio Domini *Rom. 10. v. 9, 10. Matth. 10. v. 32.* studium bonorum ope-  
 rum. *Tit. 2. v. 14.* in quo eminet *Charitas* mutua, ceu nota discipulorum  
 Christi *Job. 13. v. 34, 35. 1. Job. 3.* & PRECES fideles. Harum observa-  
 1. necessitatem, ob indigentiam nostram & gloriâ Deo dandam. Huc  
 refer omnes invitationes divinas ad orandum v. g. *Pf. 50. Job. 16. 2.* Ob-  
 jectum, qui verusisq; trinunus Deus, *Deut. 6. Matth. 4. v. 10.* & totus Chri-  
 stus, secundum utramq; naturam, non modo divinam sed & humanam,  
*Phil. 2. v. 10.* vi unionis hypostaticæ, 3. formam, quæ est fides in Christum:  
 in hujus enim nomine invocandus Deus, ut patet *Matth. 6. Job. 16, 23.*  
 4. Effectum, ex auditionem secundum voluntatem Dei, juxta quam &  
 orant fideles in spiritu, qui causa est salutarium precum *Rom. 8, 26, 27.*  
 5. Ipsa *ἀρτήματα* seu res petendas, quarum comprehensio est in Oratione  
 Dominicâ. *Matth. 6. Luc. 11.*

§. 7. In exteriori ecclesiæ consideratione, quâ respicitur externa  
 professio doctrinæ veræ de Christo, vel communio verbi & sacramento-  
 rum, non exclusâ tamen internâ (fidei & spiritus) ubi plures coetus par-  
 ticulares in fundamentis doctrinæ Christianæ consentientes, faciunt  
 unam catholicam seu universalem Ecclesiam in mundo; norantur I. Prin-  
 cipium, vocatio universalis divina, quam ostendunt parabola. de vineâ  
*Matth. 20 nuptiar. 22. convivio magno Luc. 14. &c.* II. Notæ vel *πρω-  
 στοιματα* genuina, quæ sunt verbum & sacramenta, *Matth. 28 v. 19, 20.*  
*Gal. 3, 27. 1. Cor. 10. v. 16, 17. 1. Job. 5. v. 6, 8.* De his tenendum 1. ubicunq;

verbum Dei purè prædicatur & sacramenta rectè administrantur & usur-  
pantur, ibi esse veram Ecclesiam, vi promissionis *Jes. 55, 10.* sed & 2. scō-  
rias humanas prædicationi verbi admixtas, virtutem illius internam im,  
pedire quidem sapius, sed non omninò tollere *Matth. 23 v. 2, 3, 4. Act. 13*  
*27. 3.* Alia, veluti continuam Episcoporum successionem, externum  
splendorem &c. non esse nativas & infallibiles ecclesiæ notas, cum lateat  
nonnunquam vera Ecclesia, præsertim tempore persecutionis & magnæ  
alicujus Apostasias. 1. *Reg. 19. Rom. 11, 2. seqq.*

§. 8. Controvertitur hîc *de errore Ecclesiæ.* Assertio 1. Errare adeoq;  
deficere posse particulares certorum locorum Ecclesias, testis est Asia &c.  
interim 2. Catholica Ecclesia tota errare nequit errorem, fundamentum  
fidei subvertentem, ob dicta 1. *Tim. 3, v. 15. Matth. 16, 18. Jes. 59, v. 21.* &c.  
tametsi 3. Error aliquis etiam in fundamento ita invalescere potest, ut  
non detur publicus & illustis cœtus, qui infectus non sit, 1. *Reg. 19. Ps. 12.*  
*v. 2.* præsertim sub finem seculi *Luc. 18, 8. Matth. 24, 24.* & tum latent verè  
credentes, quâ unionem spiritualem.

§. 9. III. Subjectum; de quo controversia est, & Q. *quid statuendum*  
*sis de non sanctis?* Ass I. sunt hi in externâ societate & communione Ec-  
clesiæ, dummodò sunt baptizati, nec publicè apostatae facti, neq; legitime  
excommunicati. Probat ex parabolâ de Zizaniis, de piscaturâ *Matth. 13.*  
&c. Sed 2. vera & viva corporis Christi membra non sunt *Joh. 15. conf.*  
*Epist. 1. Joh.* interim 3. omnibus patet reditus ad fœdus gratiæ per poeni-  
tentiam, ex intentione Dei & Ecclesiæ, *vid. Diss. præced. 12.*

§. 10. IV. Forma regiminis, quæ non mundana est sed spiritualis  
*Joh. 18 36, 37. Luc. 22. 25. 1. Pet. 5, 3.* consistens in testimonio veritatis, quod  
absolvunt 1. prædicationi verbi & dispensatio sacramentorum legitima,  
*Matth. 28. &c.* 2. operatio Spiritus S. efficaci per illa media in cordibus  
hominum ad regenerationem & renovationem, 3. potestas remittendi  
& retinendi peccata (ministris peculiariter commissa *Joh. 20.*) quarum illa  
Absolutio, hæc *Excommunicatio* vocatur, quæ ipsa, ubi quando & quo-  
modò faciendâ sit, pete ex *Matth. 18. v. 15. seqq. 1. Cor. 5. v. 3, 4.* His ad de Disci-  
plinam in externis RITIBUS. De quib. observandum, 1. ritus qui faciunt  
ad ædificationem & bonum ordinem in Ecclesiâ, quiq; absq; scandalo  
retineri possunt, liberè (cum adiaphori sint) servandi sunt. 1. *Cor. 14. 2.* In  
iisdem nihil temerè est innovandum, nedum sine consensu totius Eccle-  
siæ, nec cedendum adversariis, potissimum cum agitur principaliter de  
doctrinâ, & verâ libertate Christianâ, *Gal. 2. v. 3, 4.* 3. ubiq; spectanda,  
pietas, charitas, decens ordo & ædificatio Ecclesiæ, 1. *Cor. 13. 14.*

§. II. Con-

§. 11. Controversitur hic de regimine Ecclesiastico, & Q. 1. *an sit sum-  
mum aliquod Ecclesia caput visibile?* N. ob rationem regni Christi (qui  
unicum corporis sui caput est) in *preced. §.* expositam. 2. *Quo loco ha-  
benda sint decreta conciliorum?* R. si consentiunt Scripturæ S. testes veri-  
tatis sunt; sin minus, auctoritas eorum nulla est, vid *Disp. 1. Quaritur 3. de  
valore traditionum Ecclesie?* R. Quæ non nituntur mandato vel aucto-  
ritate verbi divini, præcepta sunt hominum, Deo non placentia, nedum  
pro cultu ejus reputanda *Matth. 15, 9.*


§. 12. Istis, quæ præcedunt, positis, facile fit judicium de MINISTERIO  
ECCLESIASTICO (per hoc enim colligit sibi Deus Ecclesiam in terris)  
cujus præcipuæ eaq; communissimæ appellationes sunt, quod dicuntur  
Ministri & Dispensatores mysteriorum Dei, 1. *Cor. 4 v. 1.* Item מְלִאכֵי  
תְּוָרָה Legati Domini, quales & fuerunt ordinariè in V. T. sacerdotium  
Leviticum *Mal. 2. v. 5, 6. 7.* AUTOR ministerii est verus Deus, & quidem  
Pater *Matth. 9, 38* Filius, *Eph. 4, 11.* Spiritus S. *Act. 20, 28.* Ex Deo enim re-  
conciliante sibi ipsi mundum, & ordinante ministerium reconciliationis  
omnia sunt: FINIS itaq; est reconciliatio hominum cum Deo, 2. *Cor. 5,  
18, 19, 20.* & consequenter salus æterna 1. *Tim. 4, 16.* Ex autore porro &  
sine æstimatur, cum dignitas, ù utilitas, nec minùs necessitas ministerij,  
quam evincunt in specie loca *Rom. 10, 13, 14. 1. Cor. 1, 21, 6. 4. v. 1.* adeoq;  
ipsa officij ejusq; partium descriptio, de quâ paulo post. Et hinc patet de-  
cisio *Controversa, an Sp. S. obtingat hominibus sine externo verbo & usu  
Sacramentorum, atq; is à sine operâ ministerij?* N. quoad modum ordina-  
rium. Nec obstat promissio fœderalis *Jer. 31. v. 33.* (confer. *Ebr. 8*) nam  
interna illuminationis gratia opposita est non omni doctrinæ externæ,  
vel usui sacramentor. sed operosæ duntaxat institutioni legali, cujus ca-  
paces non sunt infantes (parvuli) qui tamen in fœdus novum (per Ba-  
ptismum ordinariè) recepti, juxtà cum adultis Deum cognoscere dicun-  
tur *vers. 34.* Deinde eadem Lex s. verbum externû, intrinsecus imprimi-  
tur cordibus à Sp. S. & efficax per eundem redditur, *conf. 1. Job. 2. v. 27.*

§. 13. SUBJECTUM hic sunt Viri idonei, Christiani, necessariis ad mi-  
nisterium requisitis instructi: ubi Q. *an fœmina excludantur?* A. quoad  
ordinarium publicè docendi munus 1. *Cor. 14 v. 34, 35. 1. Tim. 2. v. 12.*  
Requisita necessaria sunt 1. scientia divina communi fidei analogâ, seriâ  
oratione & verbi divini meditatione (quibus non deest, faciens ad δο-  
κιμὴν Tentatio) comparata, ne quis sit ἀνοδιδάκτος sed θεοδιδάκ-  
τος. *Mal. 2. v. 7. 2. Tim. 3. v. 14, 15, 16, 17.* 2. ut sit δίδακτικός & potens  
tū ad exhortandū in sanâ doctrinâ, tum convincendum contradicentes  
à *Tim. 3.*

1. *Tim. 3.* 2. *Tit. 1.* v. 9. adeoq; & donis ad id ædificantibus polleat; 1. *Cor. 14.*  
 3. ut habeat testimonium inculpata vitæ, nec sui ipsius sed Christi amore,  
 Episcopatum, ceu bonum opus (Deo præstandum) desideret, *d. l. 1. Tim.*  
 3. v. 1, 7. *Tit. 1.* v. 7. *Aff. 6.* v. 3. FORMAM faciunt 1. Vocatio (quæ basis est  
 ministerij) eaq; non solum communis ad Christianismum, sed ad mini-  
 sterium peculiaris, divina: quam omninò necessariam esse propugnamus  
 ex *Rom. 10.* v. 15. *Ebr. 5.* v. 4. *Jer. 23.* 21. c. 27, 14. Est autem vocatio divina alia  
 immediata, quæ fit nec ab hominibus nec per homines, quomodo vocati  
 sunt prophetae (extraordinarij doctores V. T.) & Apostoli in N. T. (*Gal. 1.*  
 v. 1.) alia ordinariè mediata, quæ hodiè obtinet in Ecclesiâ (immedia-  
 tam enim ut aliquis expectet, nec mandatum nec promissionem in sacris  
 habemus, quanquam voluntati & potentia divina nihil hîc præscribi-  
 mus) fitq; à Deo sed per homines, mediante electione sive per sortem, de  
 quâ *Aff. 1.* sive (quod analogum sorti est, & nunc communiter valet) per  
 vota. Utrobiq; ad vocationem, ut divina adeoq; legitima habeatur, requi-  
 ritur 1. Præsentatio certatum personarum, de quarum pietate & erudi-  
 tione constet. 2. Preces publicæ à totâ Ecclesiâ fundendæ. 3. fors jacienda,  
 vel vota dicenda in timore Domini, citrà carnales affectus & respectus: *Aff. 1.*  
 & 6. *Eligens* hic Ecclesia est, quæ hodiè communiter constat  
 ex Magistratu, Presbyterio & Laicis, quorum ordinum nullus excluden-  
 dus. In personâ eligendâ vocandâq; spectanda sunt, quæ supra posita, re-  
 quisi. Vocationi subiicimus *Ordinationem*, quæ fit per preces & manu-  
 um impositionem *Aff. 6.* v. 6. c. 13. v. 3. 1. *Tim. 4.* 14. 2. *Tim. 1.* v. 6. eaq; ut  
 publicum vocationis testimonium retinenda, II. Officij administratio  
 fidelis 1. *Cor. 4.* 3. Consistit hæc I. principaliter in docendo verbum ut  
 verbum Dei *Tit. 1.* 1, *Pet. 4.* 11. (idq; publicè & privatim urgendo) &  
 administrando sacramenta secundum institutionem Christi, *Matth. 28.*  
 II. in orando pro totâ Ecclesia *Aff. 6.* 4. *Eph. 3.* & c. III. in exercen-  
 dâ potestate Eccles. de quâ §. 10. IV. in exemplari vitâ (fugâ vitiorum &  
 studio bonorum operum) 1. *Tim 3.* seqq. *Tit. 1.* & 2. ut sint typi gregis  
 & ne blasphemetur sermo Dei. Controvertitur *hic de ministerio malo-  
 rum.* Ass. 1. Verbum & Sacramenta non infrugifera sed efficacia in se  
 sunt, etsi per malos exhibeantur. Ratio, quia virtus illorum non  
 pendet ab externâ actione, sed ab auctore Deo 1. *Cor. 3.* 7. cujus fidem non  
 evacuat hominum incredulitas *Rom. 3.* & sic nec mens, nec vita. adde  
 loca alia *Matt. 23.* v. 3. *Phil. 1.* 18. Sed 2. ministri non sancti, sibi & Ecclesiæ  
 damno vivunt, suntq; graviori judicio obnoxii 1. *Cor. 9.* 27. *Jac. 3.* v. 1.  
 3. optimè docet, qui se ipsum prius explorat & docet.







§. 11. Controvertitur hic de regimine Ecclesiastico, & num aliquod Ecclesie caput visibile? N. ob rationem unicuique corporis sui caput est) in *preced. §.* exposita *tenda sint decreta conciliorum?* & si consentiunt Scripturatis sunt; si minus, auctoritas eorum nulla est, vid *Disp. valore traditionum Ecclesie?* & Quae non nituntur manritate verbi divini, praecpta sunt hominum, Deo non pro cultu eius reputanda *Matth. 15, 9.*

§. 12. Istis, quae praecedunt, positis, facile fit iudicium de ECCLESIASTICO (per hoc enim colligit sibi Deus Ecclesiae cuius praecipuae eaq; communissimae appellationes sunt, Ministri & Dispensatores mysteriorum Dei, 1. *Cor. 4 v. 1* יהוה Legati Domini, quales & fuerunt ordinarij in V. T. *Leviticum Mal. 2. v. 5, 6. 7.* AUTOR ministerii est verus *Pater Matth. 9, 38* Filius, *Eph. 4, 11.* Spiritus *Act. 20, 28.* Et conciliante sibi ipsi mundum, & ordinante ministerium *omnia sunt: FINIS* itaq; est reconciliatio hominum cum *18, 19, 20.* & consequenter salus aeterna *1. Tim. 4, 16.* Ex a fine aestimatur, cum dignitas, ut utilitas, nec minus necessitas quam evincunt in specie loca *Rom. 10, 13, 14. 1. Cor. 1, 21, 6* ipsa officij ejusq; partium descriptio, de qua paulo post. *Ecclesio Con:versa, an Sp. S. obtingat hominibus sine exteriorum Sacramentorum, atq; is a sine opera ministerij?* N. quoad ministerium. Nec obstat promissio foederalis *Jer. 31. v. 33.* (con: interna illuminationis gratia opposita est non omni doc: vel usui sacramentor. sed operosa duntaxat institutioni le: paces non sunt infantes (parvuli) qui tamen in foedus n: ptissimum ordinarij) recepti, juxta cum adultis Deum cog: tur *vers. 34.* Deinde eadem Lex s: verbum externu, intrin: tur cordibus a Sp. S. & efficax per eundem redditur, *conf. 1.*

§. 13. SUBJECTUM hic sunt Viri idonei, Christiani, ne: ministerium requisitis instructi: ubi *Q. an femina excludan* ordinarium publice docendi munus *1. Cor. 14. v. 34, 35.* Requisita necessaria sunt 1. scientia divina communi fide: oratione & verbi divini meditatione (quibus non deerit *κίνησις* Tentatio) comparata, ne quis sit *αὐτοδιδάκτος* *τῶ*. *Mal. 2. v. 7. 2. Tim. 3. v. 14, 15, 16, 17. 2. ut sit διδάκτω* tū ad exhortandū in sana doctrinā, tum convincendum

